



**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Evlalia V. Et M. 10. Decembris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

viâ virtutis excessit, vel clamare animo Christi destitit; quin cùm sub noctem medicinam membris omnibus ipse Christus fecisset, & Angeli palam se martyri junxissent, associare etiam se Hermogenes non dubitavit, pulchrâ Metamorphosi ex tyranno Episcopus urbis factus. Tot damnis mactatus Imperator ipse adfuit, Deosque & se ulturus, Hermogeni manus pedesque auferri cremarique, ipsum ventre discesso aquis mergi, MENNA ex arbore, ex MENNA pede saxum suspendi jussit, nobile anathema. Sed ecce mortem tunc uterque, sed & postridie Maximinum iterum triumpharunt capite truncati. Offa quoque tumbara ferreâ condita & in mare abjecta nautæ Angeli Byzantium deportarunt, à loci Antistite tumulanda. Ibi mollier nunc quiescunt, qui duriter olim vixerunt. Ex Surio.

S. EVLALIA V. ET M.  
10. Decembris.

**E**Merita Lusitanæ oppidum, oppidi elongè maximum decus EVLALIA est virgo, quæ plures palmas quam annos, dum vixit, numeravit. Certè annum cum vix duodecimum ageret, s'viretque in Christianos impietas, vigilem licet parentum custodiam noctis beneficio fecellit, interque Angelorum comi-

D.E.C.  
nimo  
b no-  
nibus  
alām  
etiam  
ilchrā  
copus  
tatus  
& se  
esque  
e dis-  
erò ex  
n sus-  
ed ec-  
z po-  
pha-  
tum-  
jecta  
runt,  
nolli-  
olim  
  
M.  
  
ppidi  
LIA  
n an-  
an-  
sæ-  
vigi-  
octis  
rum  
omni-

H.D.E.C. *Vita Sanctorum.* 677  
comitatum in jus ultro ambulavit. Ibi  
sic rea ipsum judicem accusare ausa  
est, & ejus in pios tyrannidem populo  
spectante & audiente multis objurga-  
re. Quid, quòd cùm hic dictis mellitis  
suadere insisteret, ut ad Deos transiret,  
quò dicta illa despueret, in vultum ty-  
ranni expuit; Deosque & thus Deo-  
rum, cumque his minas omnes heroo  
pede calcavit: flagris deinde lacera ri-  
xit etiam, sanguineque suo picta velut  
superbè circumspexit sese; demum  
cùm faces ardentes admoverentur,  
flamas ore patulo excepit, Deoque  
cum anima lata abunda transmisit? Et  
verò ecce testes castissimi & animi &  
corpusculi! Ille, uti ipse carnifex spe-  
ctavit, argenteas columbae pennas in-  
ditus cælo se abdidit. Hoc, ut tumulus  
manibus responderet, prodigiosa nives  
texerunt. Et erubuerunt, puto, hæ, cùm  
candidius aliquid se, virginitatem vide-  
runt. *Ex Prud.*

S. DANIEL STYLITA, 11. Decemb.

Cœlo vicinus incola DANIEL est,  
qui annos XXIX. columnam habi-  
tavit, indeque tempestates & cum his  
mortalia omnia generoso supercilium  
despexit, orci ingens terror, Stiperis  
gratissimum spectaculum. Neimpe ter-  
ris adeoque se altior clientes sibi que  
obnoxios reges habuit. Ita Leonem-  
filio